



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

De quarta parte perceptiva.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

gatur Pater æternus per Iesum Christum, per Passionem eius & meritum, quod veluti quendam gratiosissimam myrrhæ fasciculum representabis Patri æterno in odorem suavitatis, & in signum, quod recognoscas omnem bonum pullulare ex meritis Passionis & Crucis, osculaberis altare, & pro Ecclesia orabis. Huius figura extitit summus Sacerdos, qui non intrabat Sancta Sanctorum, nisi simul cum sanguine victimæ: & Christus summus Sacerdos per proprium Sanguinem introiit in Sancta, æternâ redemptione inuentâ. In sexta parte Canonis, Qui pridie &c. finita consecratione meditaberis quinque vulnera, tanquam quinque abundantissima flumina vnde quæque sese diffundentia modo supra dicto: & pro applicatione exorabis sanctissimam Virginem Sanguinis illius dispensatricem. Post consecrationem subito transformabis actus: primum adorationis Adoramus te Christe &c. secundum petitionis, petendo tria supra etiam memorata, dicendo: Gratia, Domine, Sanctitas & Gloria: tertio postulabis gratiam Martyrii dicendo: Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. Largire, amantissime Iesu, ut quem à te hausimus spiritum, pro tua gloria, te adiuuante, reddamus. In septima parte, videlicet, in consecratione Calicis idem facies, mutando solum orationem, Adoramus te Christe, cum illa, Te ergo, qua sumus, tuis famulis subueni, quos pretioso Sanguine redemisti. Et hæc non ore, sed corde dicenda sunt.

Hebr. 9.

S. Greg. 21.

QUARTA PARS.

Quarta pars Missæ est perceptiva, & continet Agnus Dei cum orationibus subsequenter, nec non Communionem ipsam. Ubi considera, quod illud, quod primò offerebatur, ut sacrificium, in salutem aliorum, modo sumatur tanquam Sacramentum. Ac primò sumit ipse Sacerdos, postea distribuit aliis: quia qui alius Diuina tradit, primò debet ipse participare esse.

Quarta Pars Perceptiva.

S. Tho. q. 83 a. 4.

S. Dionys. S. Tho. lo. cit.

QUINTA & VLTIMA

PARS.

Quinta pars est gratiarum actiua. Quia tota Missæ celebratio, ut docet S. Thomas, in gratiarum actione consistit.

Quinta Pars.

Gratiarum actio.

k s